

## 38 Polae in foro.

D · M  
/ A E / N I C I  
A L V M N //  
/ / / / /  
5 CHRYSOMALUS  
AVG · LIB  
PROCVR

Manutius cod. 5237 f. 119.  
5 CHRYSOMALE traditur.

## 39 Polae in museo.

chryOMALus  
a VGG · LIB  
PROC

Descripti. Ed. male Kandler 1862 n. 707.  
Eadem fortasse ac n. 38.

## 40 Polae ad S. Amen (sic) in sepulcro RED. in tumulo apud S. Mennam extra muros SAN. — Inter Brixiana BRIX.; in un campo tra Ghedi e Lena ROSSI; Ghedi DONAT.

AROGO · AVG · LIB · TABVLAR  
ET · AELI · VALERIANO · EROTI  
Ge · AROGVS · PATRI · ET  
FRATRIB · DVLCISSIMIS

Videtur semel tantum descripta, quamquam legitur cum apud Redianum A n. 7 tum apud auctores Sanutianos, qui sunt hi: cod. Ver. n. 37; Bemb. f. 82'. 85; Bellon. A f. 30'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 101; Sabinus n. 34; Piccartiana n. 206 (inde Reines. 9, 45; Carli 2, 110; Kandler n. 209); Brix. p. 35 (inde Rossi p. 269, ex Rossio Fabrett. 401, 294; item Donat. 389, 9 ex schedis Gnocchi, ubi confunditur cum titulo diverso). Nam exempla ita aequabiliter corrupta sunt, ut ad duo archetypa de lapide sumpta referri nequeant.

In vv. div. sequor Bemb. Sab. — 1 ARGO Bemb. 82. — 2 ET AELI Ver. Bemb. 85, TAEI Red. Bemb. 82 Bell. Panv. Sab. Brix. — 3 GEE (Red. Ver. Bemb. 85) vel GAE (Bell. Panv. Sab.) vel GAE (Bemb. 82 Brix.) traditur; latet fortasse cognomen muliebre Ge. — AGROGVS Bell. — 4 FRATRI omnes. — DVLCISSIMIS Red. Ver. Bemb. 85, DVLCISS Bell., DVLCISSIMO Bemb. 82. Panv. Sab. Brix.

## 41 sarcophagus. Polae in saxo more antiquo bene laborato in campo illorum de Bonasiis SAN. (VER.) in domo presbyteri Antonii de Castagno BELL. A. PANV. Capodistriae nuper reperta GRAVISI. Inde venit in museum Estense. — Sine loco CHIG.; Gussagi in colle ubi erat castrum in vetere muro BRIX.; in Preseglio in casa dei Mascardi ROSSI.

DIS · MANIBVS  
EVPHEMI · AVG ·  
LIB · TABVLARI  
ARMONIA · ET · GYMNAS  
5 FILIAE · PISSIMO · PATRI  
FLAVIA · PRIMA · CONIVGI  
FIDO · ET · SIBI  
VIVAE · FECERVN  
et IANVARIO · AVG · LIB  
10 TABVLARIO · A · PATRIMONO

Polae descripserunt quattuor homines: is a quo pendet cod. Redianus A n. 2, idem fortasse a quo venit exemplum cod. Chigiani I. VI. 203 f. 39; Sanutus (cod. Ver. n. 53; Bembus f. 86; Bellon. A f. 34 et ex schedis Belloniis Mur. 898, 8; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 139; Sabinus n. 38; Brix. p. 31 et ex hoc auctores Brixiani Rossi p. 283 et Petrus Gnocchi apud Donat. 329, 2); Bellon. B n. 18 (inde Apian. 360, 7, ex hoc Grut. 588, 10. 589, 11); Bembus f. 4. 60. Capodistriae a. 1735 marchio Iosephus Gravis, cui acceptam referunt et Zeno lett. 5, 106 et Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 213. 215 et apud Mur. ms. et ed. 2043, 3 et in ant. Ital. 2, 109 (cf. 2, 276; ex Carlio Kandler n. 235). Ateste Furlanettus lap. Pat. p. 245 n. 253. A prioribus Orell. 3354 cum add. Henzeni.

Versus antiqui ad lapidem non diviserunt excepto uno Chigiano. — Accentus habet unus Redianus. — Minora in v. l. omisi. — 1 D · D pro DIS · MANIBVS Chig. — 4 ARMONIA Red. Chig. San. Bell. B Zeno, HARMONIA Bembus Carli Furl. — 5 PISSIMO Red. — 8 sic Bemb. et Gravis., VIVAE reliqui, nisi quod VIVA Chig., VIVI Veron. — 9 lacunam celant auctores praeter Bemb. et Gravis. — 10 sic Bemb. et Gravis. et Sanutiani plerique (Ver. Bemb. Panv. Sab. Brix.), TABVLARIO reliqui.

## 42 Polae. — Inter Brixiana BRIX.; in casa dell Aragonese ROSSI.

AVG · LIB · TABVL  
SYMPHORVS · ET  
SCORPV · LIBERTI  
ET · HEREDES · PATRON  
5 BENE · MERENTI · FECER

Sanutus servavit. Habent cod. Veron. n. 72; Sabinus n. 44; Bellon. A f. 31; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 102'; Brix. p. 36 (inde Rossi p. 248 et ex Rossio Mur. 916, 7); Piccartiana n. 209 (inde Reines. 9, 41; Carli 2, 109; Kandler n. 273).

Vv. divisi ad Sabinum et Panv. — Fractura non indicatur. — 1 TABIL Bell., TABVLAR Brix. — 5 MERENT Sab., MERET Panv.

## 43 Polae nell' arsenale.

PROC · Aug  
TVN

Kandler ms. et 1862 n. 691.

## 44 Polae nel muro del giardino del conte Felice Lombardo nel fosso STANCOVICH. era dietro le mura della città dalla parte del teatro, ora smarrita BARSAN.

SLI  
AV  
ACCENSVS patron  
IN CONSVLATU  
ET · MAECENA  
PETAIP

Stancovich anf. di Pola p. 94 tab. 6 n. 1; Kandler n. 191; Barsan ms.

1 SEV Stancovich in textu, SEX Kandl. — 2 AVG Bars. solus.

Vide quae scripsi in musei Rhenani vol. 6 p. 2 sq., praesertim titulos ibi citatos Orell. 3127 L. Licinii Secundi accens(i) patron(o) suo Licin(io) Surae prim(o) secundo tertio consulat(u) eius et Cn. Cornelii Magni l. Oceani accensi patrono in cos, item Sardum (della Marmora voy. en Sardaigne 2, 479) L. Iulii Marionis accensi consulum.

## 45 ad aedem S. Iohannis de Prato extra civitatem CYR. Intellegit opinor Polam, ad quam ecclesiae ita dictae ruinae adhuc extant (v. n. 90).

L · ARIVS · L · F · PROCVLVS  
MILES · SPEGLATOR · PRAET  
MILI · ANNOS · X · VIX · ANN · XXIIX  
T · ARIVS · L · F · FRATRI · SVO  
5 V · F

Cyriacus cod. Parm. f. 58' solus servavit neque edidit quisquam.  
Versuum divisio incerta. — 3 MILIC traditur.

## 46 Polae.

· AVRELIO  
· · GVTONI  
MIL · LEG · II · ITAL  
STIPEND · XXIII  
TERENT · LVCIANVS  
SIGNIF · LEG · S · S  
CONTVBERN · FECIT

Panvinius cod. Vat. 6035 f. 72' (inde Donius 6, 78 ex schedis quas male dicit Manutianas; Mur. 789, 8 ex Donio; Carli 2, 307 ex eodem; Kandler n. 207 ex Carlio).

## 47 Polae rep. a. 1831 dum area amphitheatri expurgatur STANC. Extabat in museo ad annum usque 1857, quo inde sublata est et collocata supra portam Ioviam.

L · MENACIVS · L · F · VEL  
PRISCVS  
EQVO · PVB · PRAEF · FABRVM · AED  
II VIR · II VIR · QVINQ · TRIB · MIL  
5 FLAMEN · AVGVSTOR · PATRON · COLON  
AQVAM · AVG · INSVPERIOREM  
PARTEM · COLONIAE · ET · IN · INFERIOREM  
INPENSA · SVA · PERDVXIT · ET · INTVTELAM  
EIVS DEDIT HS CCCC

Contuli. Ed. Stancovich archeogr. Triest. vol. 2 (a. 1830, sed postea demum editum) p. 409 (inde Henzen 6632); Orti lap. ined. Istriana p. 8 qui vidit; Kandler n. 192 (cf. Istr. 1846 p. 352).